

D. Pantaleoni Candido Salutem D. Pareus.
 * Hunius Anti-Pareum priorem, hoc est, recocta in Calvinum
 et me convitia et calumnias percussi: nunc posteriorem etiam
 expecto. Haud dubie quadriennale sapiet oleum. Sed si Dominus
 volet, funos ei opportunè abstergam. Implicor novis molestis,
 quoniam nunc tandem, hoc est, quinquagesimo staty anno ad
 professionem Theologuam vel invito pertrahor. Plagoti medicina
 tionibus habui presente Natione, quam totos 14. annos tenui: et
 experior diversa amicorum studia, et cedendum est quorundam
 consiliis, qui comoda publica, ut sit, suis sive affectibus sive con-
 dis affectant preteperant. Tantum facit omnipotens Pater, ut omnia
 gloria sua seruiant, et labores mei qualescunque Ecclesia profici
 possint. Helmstadianis quidem cum alijs Pantachusiastis certamen
 diu iam fuit: interim etiam contra veritatem utriusque par-
 tidum et communis conspiratio adhuc fuit. Pareat Deus nostris
 quiesco Ecclesis, ne dissidius seindantur, aut scandala patiantur. Per-
 seunt enim passim in Wetteravia conitatibus certamina de iusti-
 ficatione, et in Benthemensi schola D. Vorstius juvenis et satis
 argutus Socinianas disputationes movere coepit, quem nuper gra-
 viter monui, sibi, et Ecclesie et nobis ut parceret. Vale in Domini
 Vir Carissime. Heidelbergæ pridie Jacobi Anno 1598.

Eidem D. Candido D. Pareus Salutem.
 Quod per Clarissimum Virum D. Putteram proximè sum pollicitus
 nunc tibi mitto, Vir Carissime, D. et Avicè honorande, exem-
 plum Catecheticarum explicationum, quod rogo equi bonisq; facis
 Præter causas prefatione indicatas recognitionis hujus habui ha-
 præcipuan, quod vidi periculum depravationis doctrinae, non tam
 à Professoribus παππικῶν καὶ βλακικῶν, quam etiam à novis
 Scholis

378

Scholis et novis Doctoribus et Scriptoribus passim veritatem professis
et consensum testantibus, paulatim ingruere posteritati. Lordeb enim
multis illa doctrina simplicitas à Praeceptoribus accepta: ideo novum
sermonis et doctrinae genus in multis comminiscuntur, ut aliquid
ipsi quoque esse et novum invenire posse videantur. Haec pestis Eule-
sia futura est nocentissima, nisi providebitur. Exempla non pau-
ca Sigenensis et Steinfurdiensis Schola haec hactenus suggestit: utraque
verò metu hostilium incursionum jam fertur jacere. Etsi autem
Scio, Reverende Frater, vobis nihil prius esse, quam ut in Eulogis
vestris sonet pura illa et incorrupta doctrina, quam et nos ex
verbo Dei profitemur, nec in illustri vestra Hornbacensi Schola
locum dari *κωροδοξίας* hujus temporis, quas multi admirantur,
et qui tam in philosophica *κωκδοξία* quam in sacra Theologia
corrumpenda perniciosissime seriant, tamen tibi et Symmisticis tuis
etiam atque etiam cogitandum relinquo, annon ad tutius retinendum
et tuendum consensum hoc ipsum coelestis doctrinae corpus purum
et simplex illustri ludu vestro à vobis commendari debeat dispen-
dum vel repetendum. Sane sic et Catechesis Palatina juventuti
vestra innotesceret magis et doctrina receptum generis. Memini
Te hujus non semel in liberis tuis mentionem facere, et sententiam
suam ostendere. Certè N. vestrum Dño cumprimis visa sunt
impedire, quò minus in collegium sapientia recta reciperetur,
quod et Catechetica tam vestra quam nostra paràm teneret, et
in Logicis non satis bene staret. Laboravi ego quantum potui,
ut fructum intercessionis Illustrissimi vestri illud perciperet,
sed visum est Superioribus ad paucos menses eum in Scholâ Fran-
cisianâ detinere, post quos majori suo comòdo in Collegium pro-

moveatur. Reusanti beneficium quasi cum probro aliquo junctum,
ego et D. Tossang persuasimus, ut acciperet gratis: alioquin futurum
ut redeunti post illos menses eadem vel graviores difficultates obfici-
rentur: cum, si obtemperet, citra difficultatem paulo post voti con-
pos fieri et scopum consequi possit; Nec est quod pudeat vel pigeat
eum loci et temporis. Habet ibi aetate et eruditione pares non pau-
cos, etiam magna fit scholae illi accessio ex divisione primae classis
unius 60. discipulos continentis in duas. Audiet ergo praeter Cateche-
tica Logice Aristotelicam, Heidanum de 4. summis imperiis, Of-
ficia Ciceronis, orationes Demosthenis: Nonnum vel Iliada.
Ad prius redeo, facietis opera pretium, si Illustrissimo Principi
vestro, Domino meo clementissimo rationes consilii hujus subje-
ceritis. In eum usum ejus celsitudini etiam mitto exemplum
Catecheticum cum libello de panis fractione, quo grati animi si-
gnificationem testatam facere cupio pro multis beneficiis: id mag-
eius celsitudini tradere, et meliori de nota commendare, ne gra-
veris, aut si comode non potes, id D. Pottero committas, tuorum collegarum
D. Beuthero. In literis aliquid obscurius attingo; coetera pro tua
pietate et prudentia tu supplebis, quae ad commune emolu-
mentum pertinere videbantur. D. Beutheri debitorem me fateri
sed ne nunc quidem me quo exsolvere, propter varia, quae me
distrabunt, hoc praesertim tempore, quo suppellex transferenda
et collegium relinquendum est, cui totos annos XV. servio. In-
terim ei cum officiosa salutatione exhibeas, quae, exemplum
a me, quod unicum restabat, περι κλάδους. omnia Amice
distribui. Vale Amice et Frater honorande Deus te diu salu-
sua servet. Heidelbergae 13. Novembris 1598.

Clarissimo Viri